



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-
phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De appropinquatione calamitatis diu prophetizatae. Cap. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

DE APPROPINQVATIONE CALAMITATIS

tharina, q̄ olim in tertis vitā duxit angelicā, & nunc in coelis cū angelis triūphat.

Esaiā. 8.
Exod. 15
1. Reg. 1.
Lucę. 1.2
Acto. 21.

IX § Multæ insup alia mulieres olim fuerūt p̄ditæ sp̄i prophético, vt Sybil
læ. Nā & magnus propheta Esaias accessit ad prophetissam. Itē Maria foror A
aron fuit prophetisa ad annūtiandū iudicia diuina. Similiter Anna Samuelis ma
ter, & Elisabeth mater Iohānis, & Anna prophetissa filia Phanuel. Philippus q̄
q̄, vnus ex septē diaconibus, habuit quatuor filias virgines prophetantes.

J. ca. 17. §. 16

X § A sapiētissimo itaq; deo multa in primis Birgittæ reuelata sunt, & p̄ eā
nobis nuntiata de quadā tribulatiōe v̄tura sup totū mundū, p̄sertim aduersus
Christianitatē, cui plerūq; alia nouæ ac veteres prophetiæ correspōdēt, asseren
tes nostris t̄pibus magnā appropinquare calamitatē. Quare de talismodi calami
tatis appropinquatione in sequēti capitulo aliqua prophetica p̄conia notabo,

§. c. 2. §. 9

De appropinquatione calamitatis diu prophetizata. Cap. III.

Cath. Sen. c
94. & §. c. 3.
§. 2 & §. c. 14
§. 14 & §. c.
56. §. 3. Deu.
32. Rom. 15
1. Iohan. 2
Luc. 22. 24
1. Petri. 4
Naum. 1.
Amos. 8
Apo. 14
Ezech. 7

Postq̄ in n̄ra prospitate & solatio à morbo p̄ctōz resurgere nō curamus,
deus optimus & p̄fectus medicus, collirio aduersuratū & igne tribulatio
nū curabit vulnera n̄ra. Vnde relicta est in ecclesia solitudo, & calamitas
opprimet portas, p̄notæ em̄ prophetiæ scriptæ sunt ad correptionem
nostrā, in q̄s fines seculoz deuenerūt. Nā iuxta est dies p̄ditionis, & ad esse festinat
tēpora, & iudicabit d̄ns populū suū. Hora est em̄ iā nos à somno surgere, q̄ iā no
uissima hora est. Quippe Antichristus venit, siquidē multi sunt Antichri. i. eccle
sia & clero cōtrarij. Vnde scimus, q̄ nouissima hora est, & hęc est hora nostra &
potestas tenebrarū, nā aduersperascit, & inclinata est iā dies, & oim̄ finis appropin
quat. Cōpleti s̄nt dies n̄ri, q̄a venit finis noster, & deus nō adijciēt vltra vt per
trāseat nos. Idcirco angelus c̄lamat ad nos modernos Ch̄ianos, dicens: Timete
d̄nm, & date ei honorē, q̄a venit hora iudicij eius vt metat, qm̄ aruit messis terræ.

Esaiā. 24
§. c. 3. §. 1
1. Cor. 10
J. ca. 17. §. 12 &
J. ca. 27. §. 5 &
J. in fi. cōclu
J. ca. 34. §. 4
& J. c. 37. §. 2
J. ca. 19. §. 17

I § Certe instat modo finis t̄pis, de q̄ scripsit Ezechiel, inquit: Venit finis
sup quatuor plagas terræ, nūc finis sup te, & mittā furorē meū in te, & iudicabo
te iuxta vias tuas, & ponā cōtra te oēs abominatiōes tuas, & nō pareet oculus me
us sup te, & nō miserebor, afflictio ecce venit, finis venit, venit tēpus, prope ē dies
occisiōis. Nūc de p̄pinq̄ effundā irā meā sup te, & cōplebo furorē meū in te. Qui
emit nō lætet, & q̄ v̄dit nō lugeat, q̄a ira sup omnē populū eius. Et infra: Appro
pinquauerūt dies, & sermo oīs visiois. i. reuelatiōis, nō em̄ erit vltra oīs visio cassa,
neq; diuinitio ambigua, nō prolōgabit amplius, sed i diebus v̄tis domus exasp
rās. Verbū qd locutus fuero, cōplebit dicit d̄ns deus. Et infra: V lulate v̄ v̄ diei,
q̄a iuxta est dies, & appropinquabit dies d̄ni, dies nubis, tēpus gētū erit, & veni

J. ca. 34. §. 9
in fi.

Ezech. 12

Ezech. 30

Iohel. 3

Esaiā. 15

Hiere. 6

Osee. 9

Iohel. 2

Abdiā. 1.

Sopho. 1.

Mat. 3

Luc. 3

Mat. 24

Daniel. 8. 9

II § Rursus deus apud Iohel inuehit cōtra nos his verbis: Et (et gladius,
si vlciscimini vos cōtra me, cito velociter reddā vicissitudinē vobis sup caput ve
strū, quia iuxta est dies d̄ni in valle cōcisionis. Itē Esaias: V lulate q̄a prope est di
es d̄ni, quia vastitas à d̄no veniet. Ecce dies d̄ni veniet crudelis, & indignationis
plenus, & iræ furorisq; ad ponendā terrā in solitudinē, & peccatores eius conte
rēdos de ea. Itē Hieremias: Luctū vnigeniti fac tibi planctū amargū, quia repente
veniet vastator sup vos. Itē in Osee: Venerunt dies visitationis, venerūt dies re
tributionis, profunde peccauerunt, sicut in diebus Gabaa, recordabit iniquitatis
eorū, & visitabit peccata eorū. Itē Iohel: Cōturbent oēs habitatores terræ, q̄a dies
veniet d̄ni, quia prope est dies tenebrarū & caliginis, dies nubis & turbinis. Simi
lis nō fuit ei à principio, & post eū nō erit vsq; in annos generatiōis. Itē Abdiā:
Iuxta est dies d̄ni sup omnes gentes. Et Sophonias: Iuxta est dies d̄ni magnus, iu
xta est & velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis.

§. eo. in pri.
& J. c. 19. §. 17
J. ca. 2. §. 23
§. c. 2. §. 6 &
J. ca. 5. 6.
§. c. 3. §. 5 &
J. ca. 5. 11.
§. eo. in pri.
§. c. 2. §. 3 &
J. ca. 5. 7. &
§. eo. in pri.
§. eo. §. 1. &
J. in pri. cō.
J. ca. 41. §. 1.

§. eo. in pri.
& J. c. 35. §. 5

J. c. 54. §. 3
J. ca. 17. §. 31
§. in pro. §. 1

§. eo. §. 1. &
J. c. 7. §. 7

pro

pro liberatione populi orantis, angelus declarauit suæ orationis exauditionem, & populi liberationem, dicens: Septuaginta hebdomadæ abbreviatæ sunt super populum, scilicet Christianuum & super urbem sanctam. I. ecclesiam, vt consumeatur præuaticio, & finem accipiat peccatum, & deleat iniquitas, & adducat iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum, id est, Iesus debite colatur, & recupereat status ecclesiasticus. Ecce hic denotat secundum Christi aduentum: Sed interim, hoc est, nostro iam seculo, antequam fiat prædicta liberatio, inualecet ingens calamitas. Nam Gabriel subiungit: Veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt, vsq; ad tempus statutum clausi sunt signatiq; sermones, vsq; ad præfinitum tempus.

III § Insuper Apostolus vas electionis futurorum præscius inquit: Quod antiquatur & senescit prope interitum est. Hinc Asa rex Iuda, in tempore senectutis suæ doluit pedes, & interiit. Item oculi patriarchæ Iacob, & Achizæ propheta caligauerunt præ nimia senectute, figurando nostrarum virtutum destitutionem, & nostri interitus subsequentionem, senescente mundo. Quocirca Dauid in typo ecclesiæ ad dominum orat: Ne proicias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea. Nos quippe sumus modo in vltima seculi ætate quasi in senectute: Appropinquante igitur huius seculi termino, prope est humanarum rerum statum in deterius mutari. Præterea matrem nostram ecclesiam, quasi iam senuerit, in suis præceptis & cœrimonijs contemnimus. De qua scribitur: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in visis tuis. Sequitur necessarium esse, nostra nequitia inualecete & inueterata, nos aliquando prolabi.

V § Et licet supra nominati propheta de pijs hoim pueritate, ac de certarum ciuitatū & regionū euersione locuti sunt, tñ eorū pronostica, ob æqualitatem peccatorum, ad nrā iam tpa typice referunt. Nā hist pibus iniquitas & malitia vsq; ad summū gradū creuit. Iustitia em̄ rarefcit, religio periit: Impietas, auaritia, libidō, cæteraq; cupiditas crebrefcit, iusti sunt præda sceleratis, ac diuexantur vndiq; ab iniustis, soli mali sunt opulenti, boni vero omnibus cōtumelijs expositi, atq; egestate cōficiunt. Confundit om̄ne ius, ac leges penitus interierūt. Dat veniā coruis, vxat cœsura colūbas. Osa vi & audacia possident, nō fides in hoibus, nō pax, nō humanitas, nō pudor, nō veritas est, & ita neq; securitas, neq; regimē, neq; requies à malis vlla. Mō nēpe totius Alemanię nobilitas tumultuat: ois deniq; terra concutit, fremēt vbiq; bella, oēs gētes sunt in armis, & Chriani seinuicē oppugnāt, ciuitates principesq; Imp. Ro. iā inter se fliant. Quę singula sunt signa futurorū atq; indubitate nræ calamitatis. Gladi⁹ igit pagrabit orbē, metēs oia, & tanq̄ messem cūdidit iuuetutē suā & tpa appropinquāt senescere, nā quantū inualidū fiet seculū à senectute, tñ multiplicabunt sup in habitates mala, plongauit em̄ se magis veritas, & appropinquāt mēdaciū. Iā em̄ festinat venire quā vidisti visionē. Et ifra: Vt seculo, & q̄ habitāt in eo, ga appropinquāt gladius & cōtritio eorū, & exurger gēs sup gentē ad pugnā. Væ eis q̄ peccāt, & nō obseruāt mādāta mea, dicit dñs, nō parcam illis. Iā em̄ venerūt sup orbē mala, & manebitis in illis, nō em̄ liberauit vos deus propter qd̄ peccastis in eū. Ecce visio horribilis, & facies illius ab oriēte. Ex hoc patet qd̄ ecclesia occidētalīs patiet calamitatē à Turcis, q̄ cōtra eā ab oriēte veniūt. Sequit in Esdra: Ecce appropinquāt mala, & non tardant, nō morabunt mala ad prodeūdum sup terram, & seculum gemet, & dolores circūtenebunt illud.

VII § Ad hoc facit, qd̄ dñs Iesus in Apocal. plagas cito futuras esse, ac seipm̄ velociter venturū crebro affirmat. Ap̄us quoq; ait: Adhuc modicū qui v̄turus est veniet, & non tardabit. Apud Birgitā deniq; reperit̄ Christus multoties dixisset verba mea citius complebunt. Et iam appropinquat tempus irę. Idem insuper inquit: Inimici mei appropinquant iam ad iudicium, & non est distantia inter vos plus q̄ ad duos pedes. Vnus pes est remuneratio bonorum operum, quæ pro deo fecerunt: alter pes est completio malitiæ eorum: dicitur enim quando aliqua res est plena tūc crepat. Væ eis, quia nisi se emendauerint, perditio eorum iam appropinquat: Quoniam tribulatio proxima est, Et aduentus domini appropinquat.

Quoniam tribulatio proxima est, Et aduentus domini appropinquat.

B 4 bit, Ecce

§.c.2. §.7 et
I. co. §.7
I. c. 61. §.8
I. c. 63. i pri.
I. co. §.6.
§.c.3. §.3. &
I. co. §.9. &
I. c. 61. §.5
§.c.1. §.2. et
I. c. 14. §.12.
I. c. 18. §.8
I. c. 16. §.4
I. c. 28. §.8
I. c. 14. §.6
I. c. 40. §.2
I. c. 68. §.1
I. c. 24. §.8
§.c.1. §.7 &
I. c. 17. §.23
§.eo. §.4 &
I. c. 9. §.5
I. c. 27. §.5
§.eo. §.5
I. c. 28. §.9
I. c. 29. §.9
§. in prolo.
§.7. & I. eo.
§.15
I. c. 49. §.13.
§.eo. §.2. &
I. c. 7. in pri.
§.eo. §.2. &
I. c. 7. §.7

Danie. 12
Hebræ. 8.
3. Re. 14. et 15
Gene. 48
Psaln. 70
Prouer. 23
1. Regū. 8
Hierē. 12
Iuuenalis
Osee. 4
§.eo. §.1. &
I. eo. §.6. &
I. c. 11. §.1.
4. Esdra. 14.
4. Esdra. 1.
4. Esdra. 16
§.eo. §.1. &
I. c. 16. i pri.
Apo. 1. & 2.
& c. 3. & 22.
Hebræ. 10
6. Birg. 33. &
ca. 96.
4. Bir. 96
Psaln. 21

DE APPROPINQVATIONE CALAMITATIS. &c.

- bit. Ecce iudex ante ianuam assistit, dñs enim non tardat promissionem suã, sed in proximo est ille qui in fine seculi adueniet, & dominator statim veniet.
- Iaco. 5
2. Pet. 3
Vincentius
defi. mun.
Daniel. 2
Psal. 39
Psal. 68
Psal. 74
Thelosphorus.
Eph. 5
1. Iohan. 5
Psal. 15
Vbertinus
Gene. 3
Gene. 9
Matth. 16
Philip. 4
S. ca. 1. §. 4.
et §. c. 12 §. 16
S. c. 3. §. 3. &
§. c. 5. §. 12. &
§. c. 6. §. 5.
D anie.
Baruch. 2
- VIII § Plures de calamitate nobis propinqua auctoritates adducendas obmitto. Illud tñ prætere nolo, quod Vincentius infert de statua Nabuchodonosoris, cuius vltima pars erat ferrea & lutea, inde argumentũ sumens q̄ statua ecclesie nunc t̄pis, in quo iam sumus, in pede consistens, facta est ferrea & lutea, significat plagã ignis & malleorũ quibus ferrũ domas repente infligendã Christianitati, cuius statua in capite, id est in primitiua ecclesia fuit aurea, id est, ardore charitatis sulcita: nunc descendit ad ferrũ durũ & frigidũ erga deũ & proximũ, ac ad lutũ, id est ad seces pctõrum carnalium, à quibus liberari minimè curamus, neq; altissimũ inuocamus cum Propheta dicente: E duc me de luto fecis. Et iterũ: Eripe me de luto, vt non infigar. Deus igit, qui dicit: Cum acceperõ tempus, ego iustitias iudicabo, in breui excitabit iram suam in Christianos validam.
- IX § Præterea Thelosphorus meminit cuiusdã sancti heremite, q̄ formidãdum nimis fore censer, propter malitiã p̄ntis t̄pis, q̄ irata diuina maiestas nequeat vltra nostras tolerare iniquitates, sed mittat sup nos irã indignatiõis suã, qm̄ dies mali sunt, & mũdus totus immũdus est, & in maligno positus, terraq; repleta iniquitate, & non est qui faciat bonũ, nõ est vsq; ad vnũ, sed oēs declinauerũt & elongauerunt se à semita mandatorum dei, atq; inutiles facti sunt. Hinc Vbertinus conijcit: Quia Iesus Christus à clero & populo multipliciter iam vilificatur, & despiciatur, ecclesiaq; cõtemnit: ideo magna nos expectãt his t̄pibus q̄ modo à ducẽtis annis hæctenus sumus in initio sexti status ecclesie, & submergemur in sæcibus quinti status. In cuius sine dignitas ecclesiastica supprimeretur.
- X § Extreme itaq; timendũ est, ne tam abhorrendũ tempus nobis eueniat, q̄ nulli hoim sit vita iocunda, euertentũ ciuitates funditus, atq; intereat, non solum fero & igne. Verũ etiã terrã moribus affiduis alluuiõibusq; aquarũ, prout modernis t̄pibus factũ esse sæpius experti sumus. Fame quoq; crebra pestilẽria, malo seu vlcere gallico, alijsve morbis, q̄bus humana consilia obstare nequeunt tanq̄ ex vitio aeris corrupti præueniẽtibus: importunis p̄terea imbribus & alluuiõibus, aliqñ ariditate aut æstu, nunc frigore plecti sumus solito acerbius, atq; indies magis plectemur. Nec terra à deo maledicta ob pctã hoim dabit fructũ suũ. Elementum aut aque primẽuã dei bñdictionẽ retinẽs, in nr̄i supplicii inundabit. Propterea deficiẽt, nõ solũ hoies, sed etiã quadrupes in terra, volucres in aere, pisces in aqua, quo minus eis hoies frui valeãt. Hoc tñ nemo sic crude intelligat, quasi velim generalem terrẽ absumptionẽ aquis diluuij astruere. Nobiscũ em̄ pactus est creator noſter iniquis: Neq; erit deinceps diluuij dissipã omnẽ terrã. Sed de aliquarũ ecclesie religionum subuersione accipiat, in quibus hodie potior similitudo ad culpam pristini status generalis diluuij inuenitur.
- XI § Homines quippe in ecclesie regionibus, terrore & prodigijs confundent, nõ solũ in seipsis, verũ etiã in iumentis sibi subiectis, quõ em̄ implerent scripturã, si prædicta non euenirent, q̄ sic oportet fieri. Ergo modestia nostra nota sit omnibus hominibus, dñs em̄ prop̄ e, aperiamus oculos, referamus aures, ne nobis lætifer somnus obrepat. Nam ex supradictis & infradicẽdis prophetijs reuelationibus & p̄nõsticatõibus concludit, peccatis nostris exigẽtibus, plagas dei horribiles à nobis nõ diutius elongari. Quas in fine status ecclesie quinti, & in decursu sexti status euenire iã dudũ (vt p̄mittit) prophetatũ est. Nulla profecto certior ac validior ratio futurarũ plagarũ reddi p̄t, qm̄ cũ deus ipse eas se facturũ affirmat, prout illas in sacris prophetis sæpius prænuntiasse, ac reuelasse legit. Inter quas reuelationes pleraq; prædixit, quæ perfecisse monstratur.
- XII § Cum vero nonnulla prænuntiatã iam effectu completa esse cernimus quis dubitat quin statim sequuntur illa quæ restant. De deo quidem Daniel inquit: Qui statuit sermones suos super nos, vt superinduceret super nos magnum malũ, quale nunq̄ fuit sub cœlo: ergo omne malum hoc, veniet super nos. Hæc Daniel. Ad idem Baruch. Statuit deus verbum suum quod locutus est ad nos, vt adduceret super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cœlo, quẽadmodũ facta sunt in Hierusa-

S. eo. §. 3. &
I. eo. §. 11
I. c. 24. in fi.
I. c. 30. §. 10.
I. c. 17. §. 3
I. c. 14. §. 1
I. c. 27. §. 1
I. c. 34. §. 4
I. c. 5. §. 4
I. c. 27. §. 3
S. eo. §. 4 &
I. c. 14. §. 11
I. c. 46. §. 4
in princ.
I. c. 6. §. 2
I. c. 52. i. pri.
I. c. 31. §. 5.
S. c. 2. §. 1. et
I. c. 23. §. 8 &
I. c. 52. §. 12
I. c. 34. i. pri.
& I. c. 52. §. 4
S. in plo. §.
1. & I. c. 34. §.
5. & I. ca. 55.
§. 3.
S. eo. §. 1. &
I. eo. §. 12. &
I. c. 32. §. 18
S. c. 1. & 2 &
I. c. 53. p. 10.
S. in prolo.
§. 1. & I. c. 15
§. 16
S. c. 2. §. 4.
& I. c. 14. §.
13.
S. c. 2. §. 2 &
I. c. 47. §. 11.
S. eo. §. 11

Hierusalem, id est, in ecclesia fienda. Et vigilauit dominus in malis, & adduxit ea super nos, quia iustus & sanctus est dñs in omnibus vijs & opibus suis. Ecce deus p̄dictas cōplebit plagas, quia se factus in scriptura continuo p̄dicit. Nam ideo aliqua, quæ prius p̄nuntiavit, modo facta sunt, quo facilius credamus, cætera p̄nuntiata & comminata fore euentura.

Psal̄m. 144.

XIII § Sed quibus modis, aut quo ordine seu tpe veniāt, magis tunc docebit rex experientia, qm̄ nūc valet cōsequi ad p̄fectū hoīm intelligētia. Heu quem nō terreat tam multiplex prophetiarū & reuelationū repetitio, & imminētis p̄nicii tā vehemēs cōminatio etiā ore diuino facta. Ex quo aut̄ calamitas in statu ecclesiæ iā currēte multis autoritatibus probat̄ propediē futura: ad euitandū, ferendumq; paciēter aduersitates euenturas, necesse est, vt p̄sens iam status nobis pateat: ideo decreui in mediū afferre materiā septē statūū ecclesiæ, ad quos tota Apocalyp̄sis, ac plures aliæ prophetiæ coaptant̄. Primū in genere de septē statibus: deinde in specie singulorū statuum pro mea imbecillitate aliqua collecturus.

De septem statibus ecclesiæ. Cap. V.

AD inuestigandum iudicium futuræ calamitatis iam proximantis, intendo aliqua differere de septem ecclesiæ statibus, vt sciamus, in quo statu huiuscemodi calamitas super nos sit euentura. Quāobrem quædā excerpti, quæ ad hoc necessaria esse duxi, ex documēto, quod sup̄ Apocalyp̄si confecit Vbertinus de Casali ordinis minorū professor, de ecclesiæ statibus septē, dicens: Status septem p̄ virtutē Chr̄i fuerunt in ecclesia formādi, quasi septēplicis Chr̄isti prolis. Itidem ferē ponit Hugo cardinalis post abbatem, in postilla super Apocalyp̄sim. Quos status Iohannes in eadē Apocalyp̄si sub diuersis figuris multipharia repetitione numeri septenarij distinxit atq; descripsit. P̄sertim p̄ septē ecclesias, & p̄ septē libros apertionem ac p̄ septē angelos tuba canētes, phialamq; effundentes. Item p̄ septē stellas & candelabra, p̄ septē spūs dei missos in terrā, p̄ septē lampades ardentes ante thronum, per signacula, cornua, oculos: item per septē tubas, tonitrua, nomina hominum, capita & diademata draconis, per septem denique plagas phialasq;.

Vbertinus.

Apo. 6. & c. 7. & 8.

Apo. 1. & c. 16.

Apo. 3. & c. 7. Apo. 4. & c. 5. 15. 16.

I § Iohannes quidem fuit noui testamenti Propheta singularis & Chr̄isti secundū carnē cognatus, atq; eius p̄ cæteris discipulis intimus secretarius q̄ supra p̄fectus dñi recubens, & secreta de fonte eius hauriens, flagella ecclesiæ ab initio sui vsq; ad extremū diē futura reuelauit, necnō Chr̄m adhuc his aduētū: nūtiavit sicut ex diuina inspiratōe à Chr̄o audiuit. Vidit nāq; futura ecclesiæ pericula speciebus corp̄alibus, q̄ tñ sub obscuritate cōscripsit, ne si certa tpa, loca vel facta exprimeret, cuncti auditores horruissent tremefacti, & in timore expectātes atq; p̄plexi penitus dissoluti fuissent, prout Chr̄istus ait apud Birgittā. Nā voces septē tonitruorū, fulgurum & ventorū significant comminationes aduersitatum, atque tyrannorum ecclesiam perturbantiū. Quas ita vehementer Iohānes in spiritu vidit, quod potius signandæ erant, quā describendæ.

Iohā. 13.

Apo. 4.

6. Bir. 110.

II § Porro diuus Secretarius manifestauit septē statūū distinctionē in quorū primis suis visionibus, p̄ quas oēs status ecclesiæ videt̄ trāscurrere. Prima visio est de septē ecclesijs Asia, p̄ quas literalr̄ scribit: Eadem quippe ecclesiæ, p̄ ordināte deo, conditōes habuerūt scdm̄ designationē septē statūū ecclesiasticorū futurorū. In reliquis vero visionibus nihil est literale, p̄ter q̄ Iohannes illas figuras, ita, vt scribit, viderat. Cætera aut̄ sunt mysticē intelligenda. Siquidem ecclesiæ dicunt̄ septem quoniā vniuersalis ecclesia septem statibus distinguit̄, ac vitā & vegetatiōnem à spiritu septiformi accipit. Alioquin ecclesia Catholica, id est, collectio fidelium est vna tm̄ licet habeat prolem variā exitusq; diuersos, correspondentes conditionibus septem statūū. Eodē modo reproborū Christianorū caterua denominat̄ vna meretrix tamen diuersa, vt pote septem p̄ctorū capita habeat. Quāuis igitur in Apocalyp̄si septem sint visiones distinctæ possunt tamen in vnā visionē reduci & spiritualiter omnia singulis adaptari proprio suo respectu ad tempus sibi correspondens per hoc non mutata in aliquo, sed magis ex aliorum adductiōne profecta. Hæc partim ex Vbertino.

Can. 6. & de su. trini. & ff. catho. c. Apo. 17.

Secunda

f. c. 31. §. 1. & f. c. 32. §. 16. f. c. 33. §. 11. in fine f. c. 34. §. 9. f. c. 17. §. 23. f. c. 35. §. 5. f. c. 1. & 2. et f. c. 13. protū

f. c. 70. §. 6.

f. ca. 70. §. 4. in fi. f. c. 62. §. 7. f. c. 2. §. 5. et f. c. 8. in pri.

f. c. 70. §. 5. f. in prolo. f. 7. & f. ca. 14. §. 13. f. c. 10. §. 5. in prin.

f. c. 63. §. 3.

f. c. 14. §. 2. f. c. 8. §. 5. f. c. 10. §. 7. f. ca. 14. §. 9. f. c. 18. §. 9.